



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103122

§. XXXI. Fernere Vorstellung an den Chur-Fürsten zu Brandenburg, die Schwedische Endliche Resolution wegen Pommern betreffend. Schwedisches Notification-Schreiben an die Frantzosen, die Endliche ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52163)

1646.

Nov.

den sehen wolten. Möchten Wir euch für unsere Meynung nicht bergen. Deme wir zc.

Datum Dnoltsbach den 20. Novemb. Anno 1646.

1646.

Nov.

Albrecht.

An Herrn Cammer-Meister Müllern
zu Münster.

§. XXXI.

Endliche Re-
solution der
Schwe-
den, wegen
Pommern.

Nachdem nun mittlerweile die Schweden, von ihrem Hoff eine final-Resolution wegen Pommern, erhielten; so thaten Sie davon in folgendem Schreiben Eröffnung an die Franzosen, dahin gehend, wann der Churfürst nicht mit gutem Willen in die Cession von Vor-Pommern willigen würde, so wolten die Schweden das Ganze Pommern, unter des Käyfers und des Reichs Garantie behalten:

welches dann den Käyserlichen und Churfürstlichen Gesandten, wie auch den Franzosen, Anlaß gegeben, von jener wegen, den von Blettenberg, ehemahligen Käyserlichen Residenten zu Hamburg; wegen dieser aber, den Residente Sr. Romain, an den Churfürsten von Brandenburg, nach dem Haag abzuschieken, und fernerrweite mündliche Vorstellung thun zu lassen.

Die Käyserlichen und Franzosen lassen deswegen nochmahlige mündliche Vorstellung bey Chur-Brandenburg thun.

Notification-Schreiben der Schweden an die Franzosen, über die endliche Resolution wegen Pommern.

Celsissime Princeps,

Illustrissimi Domini.

Quanto zelo Celsitudo & Excellentie Vestrae ferantur ad maturandam Satisfactionem Suecicam Pacemque communem, id ex iis, quae Ipsi cum Legato Veneto, Domino Contarini die 20. Novembris mihi, Savoio, proponere placuit, abunde libenterque percepimus. Nos equidem ut pari promptitudine responderemus, contulimus eam oblationem illico cum Instructione nostra; oerum post omnes chartas diligenter excussas, invenimus, Regiam Majestatem, Dominam nostram Clementissimam, firmiter constanterque insistere Propositioni priori, quam initio Novembris Caesarea Legationi ibidem in scripto exhibuimus; ita quidem, ut si Elector Domusque Brandenburgensis in translationem perpetuam Pomeraniae Citerioris cum ibi annexis consenserit, tum praeter id, quod ab Imperio vicissim recepturus est, Serenissima Regina paratam se profiteatur ad restituendam ei (pro aequivalente tamen interim, in oblata pecunia numerata, a Caesarea Majestate accipiendo) non modo reliquam Pomeraniam Ulteriorem una cum Episcopatu Caminensi & Colberga; sed etiam quicquid insuper praesidiis suis tenet per universam Marchiam Brandenburgensem, cum perpetuae amicitiae obligatione. Quod si vero his contentus esse consensumque suum praestare noluerit, tunc Regia Majestas Regnumque Sueciae oblata Sibi antehac utramque Pomeraniam & cum omnibus & singulis Ecclesiasticis & Secularibus ejus appertinentiis, in perpetuum & Immediatum Imperii Feudum retinebit. Quo casu Caesarea Majestas & Imperium Romanum, Status & subditos utriusque Pomeraniae priori sacramento exsolvet, & ad homagium Majestati Regiae praestandum remittert, tum Eandem Majestatem Regiam Regnumque in pacata & inviolabili totius Pomeraniae, omniumque ejus appertinentiarum possessione contra quemcunque perpetuo conservabit & manutenebit. Quae declaratio alternativa, cum sit Suae Majestatis ultima, & Celsitudinem & Excellentias Vestras

Eeeee

per-

1646. perofficiose rogamus, ne graventur, eam Comiti Trautmansdorffio quanto-
Nov. cius aperire, ut optione Electori data, brevi constare possit, quam par-
tem eligere velit, ne Christianitatis tranquillitas ulteriori licitatione vel mo-
ra in longius extrahatur.

1646
Nov.

Idem nos hic Caesareis Dominis Legatis hodie quoque communicari fecimus, quam vero primum responsum ad hanc declarationem nostram & Satisfactionem Militiae Suedicae atque Hassiaca Postulata acceperimus, dabimus operam, ut exhibeantur totius Satisfactionis Articuli plenius adornati, prout Instrumento Pacis inferi deberi videantur. Atque his Celsitudinem & Excellentias Vestras divinae protectioni perofficiose commendamus. Osnabrugae d. 25. Novembr. 1646.

Jo. OXENSTIERNA.

J. A. SALVIUS.

§. XXXII.

Vorschläge,
welche Sr. Ro-
main dem
Churfürsten
von Branden-
burg gethan.

Die, von dem Resident St. Romain, scheinene Propositiones, bestanden in fol-
dem Churfürsten zu Brandenburg ge- genden Articuli.

Conditiones Electori Brandenburgico propositae Hagae-Comitis a Domino de St. Romain, d. 25. Dec. 1646.

Si Serenissimus Elector Brandenburgensis, Svecis Pomeraniam Citeriorem, una cum Stetino, Gartia & Insula Wollin retinere volentibus, consensum praestiterit, dabunt operam Galliae Legati apud Caesareanos, ut ipsi è contra expectantia in Archi-Episcopatum Magdeburgensem cum Jure succedendi post mortem aut decessum praesentis Administratoris concedatur, atque interea, dum pender conditio, Episcopatu Halberstadeni fruatur, reservatis tamen conditionibus:

1) Satisfaciet Svecis pro 1200000. Imperialibus, nisi aliis mediis, ut ultro hanc praerensionem omittant, induci possint.

2) Satisfaciet Hassio Cassellensi Landgraviae, in secundo puncto petitae Satisfactionis (*on a demande pour ce point Sixcent mille Reichs dalers & les Impériaux en ont offert trois ou quatre cent mille.*)

3) Permanebunt quatuor Praefecturae ex ejusdem Archiepiscopatus territorio Domino Electori Saxoniae Pace Prageni assignatae, inviolabiliter.

4) Relinquatur & conservetur Status Ecclesiasticus dicti Archi-Episcopatus.

5) Postquam in possessionem ejusdem venerit, debet Episcopatum Halberstadensem remittere, ut in eum statum, quo ante invasionem Svecicam fuit, redeat, hocque respectu sibi Archi-Dux Leopoldus interea temporis, nomen titulumque Episcopi Halberstadeni retineat, reliquis omnibus utilitatibus ad Electorem perveniendis.

6) Sin moriatur aut resignet Archi-Dux, antequam Elector possessionem Archi-Episcopatus Magdeburgensis adipiscatur, eveniente dein casu Capitulum Halberstadeni liberam debet habere Electionem vel Postulationem. Salva sint Imperatori nihilominus in hoc Archiepiscopatu Magdeburgensi Praes Primariae, ut & reliqua Jura, quae circa Collationes Beneficiorum habet.

7) Re-